1938 ex eisdem ruderibus ex quibus prodiit n. 1937 effossa a Guidio ROSS. Anno 1880 fuit Romae in museo Kircheriano amplificato.

ACCIPE ME DIXIT DOMIN.....
EXAVDITA CITO · FRVITV....
ZOSIME SANCTA SOROR · M...
IAM VIDET ET SOCIOS SANC...
LAETATVRQVE VIDENS · MIRA...
MIRANTVRQVE PATRES TAN....
QVAM SVO DE NVMERO CVPIE...
CERTATIMQVE TENENT ATQV...
IAM VIDET ET SENTIT MAGNI....
ET BENE PRO MERITIS GAVDET SIBI PRAEMIA REDDI
TECVM PAVLE TENENS CALCATA MORTE CORONAM
NAM FIDE SERVATA CVRSVM CVM PACE PEREGIT

De Rossi, qui vidit, *bull. crist.* 1866 p. 47.

Hanc inscriptionem antiquiorem quam n. 1937 iudicat Rossius. — 3 de Zosime cf. ad n. 1937. — 11. 12 significari putat Rossius (l. c. p. 48) verba Pauli apostoli II Timoth. 4, 7. 8: *cursum consummavi, fidem servavi ... reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi dominus in illa die.*

Carmen sic constituit Rossius:

Accipe me, dixit, domin[e, in tua limina, Christe].
Exaudita cito fruitu[r modo lumine caeli]
Zosime sancta soror, m[agno defuncta periclo].
Iam videt et socios sanc[ti certaminis omnes]
Laetaturque videns mira[ntes sistere circum],
Miranturque patres tan[ta virtute puellam],
Quam suo de numero cupie[ntes esse vicissim]
Certatimque tenent atq[ue amplectuntur ovantes].
Iam videt et sentit magni [spectacula regni],
Et bene pro meritis gaudet sibi praemia reddi,
Tecum, Paule, tenens calcata morte coronam;
Nam fide servata cursum cum pace peregit.

1939 fragmenta eiusdem tabulae marmoreae crassae c. 4 rep. a. 1866 in Portu Romano; *a nel quarto vocabolo Poledrara in prossimità del fosso detto dell' Incastro fra il lato meridionale del Porto Traiano e la moderna strada di Fiumicino* (aedificium, ex quibus et haec et n. 1941 prodierunt, delineatum est *bull. crist.* 1866 p. 103); *b* iacebat *fra le erbe lungo il lato sinistro del canale di comunicazione fra i due porti Claudio e Traiano.* Particula fragmenti *a* nunc extat Romae in museo Lateranensi.

a VS EPISCOPΨ   *b* OPIT

Lanciani apud Rossium *bull. crist.* 1866 p. 101. Fragmentum *b* delineatum est ib. p. 102 fig. 3. Litteras PISCOPΨ ex fragmento *a* Romae descripsit Huelsen.

Litteras Damasianis similes esse dicit Lanciani; quod refellitur eiusdem delineatione; cf. etiam de Rossi l. c. p. 100: *la magrezza delle aste e la minore affettazione dei ricci può sembrare piuttosto degli anni di Siricio che di quelli di Damaso.*

Fragmenta ΦN / ΨC | IO | TTΨ (descripta etiam a Rossio in Portu mense Febr. 1868), quae cum hac inscriptione coniunxit Lancianius l. c., ab ea videntur esse aliena.

1940 litteris Damasianis. In Portu Romano repperit Lanciani.

Delineata est apud Rossium *bull. crist.* 1866 p. 102 fig. 2 cf. ib. p. 100.

1941 fragmenta epistylii marmorei, rep. in Portu. *Dopo riuniti i varii pezzi dell' epistilio ... li trovai formare un quadrilungo adatto a circondare un puteale* ROSS. Nunc Romae in museo Lateranensi.

ISQ · SITIT VENIAT CVPIENS AVRIRE FLVENTA
ATRIVM CVM QVADRIPORTICVM SED
ET COLVMNAS CVM

Recognovit Huelsen. De Rossi *bull. crist.* 1866 p. 50; specimen scripturae est ib. p. 103 fig. 11.

Atrium cum quadriporticum, sed et columnas cum ... Periit inter alia nomen eius qui atrium fecit. Sequitur *[qu]isq(ue) sitit, veniat, cupiens (h)aurire fluenta.* Hunc versum posuit Hieronymus in carmine quod dedit ad Damasum papam (Damasi opp. ed. Merenda, Rom. 1754, p. 245); idem legebatur incisus in labro marmoreo Romae ante ecclesiam S. Bartholomaei in insula (Sarazani apud Merendam l. l.; Mur. 489, 7 ex schedis Ptolomeis). Haec Rossius.

1942 in operculo sarcophagi marmorei. Romae apud card. Carraram, advecta ex agro Ostiensi MARINI. Deinde Romae in monasterio S. Pauli. — Non Ostiensem sed Portuensem esse origine suspicatur Rossius; cf. infra.

DEO PATRI OMNIPOTEN
TI ET XPO EIVS E*t* SANCTIS
MARTYRIBVS *t* AVRINO
ET HERCVLAN*o o*MNI
ORA GRATIA*s agi*MVS
NEVIVS ZARI*stus e*T
CONSTANT*ia marty*
RIA SIBI FE*cerunt*

Descripsit de Rossi. Marini ms. Vat. 9087 f. 91 et in syll. inscr. chr. ms. Vat. 9074 p. 885, 9; Nicolai *bas. di S. Paolo* p. 175 n. 297; Perret *Catacombes romaines* vol. V tab. 58 n. 5 cum commentario Renieri vol. VI p. 174; de Rossi *bull. crist.* 1866 p. 49.

Taurinum et Herculanum martyres cum in Portu potissimum cultos esse constet (testes sunt tabula Philocaliana apud Mommsenum *Abhandl. der sächs. Ges. d. W.* I p. 633 et martyrologium q. d. Hieronymianum ed. Florentini p. 809; cf. de Rossi l. c. p. 37), ipsa inscriptio Portui videtur esse adtribuenda. — 7. 8 *[mart]uria* supplevit de Rossi dubitans; *[memo]ria(m)* proposuerat Renierus.

1943 in Portu effossa a Torlonia.

*au*R · MARCELLINVS DIA*conus*
*fe*CIT · AVR · ZINZIO SVBD*iaco*
no FILIO SVO QVI VIXIT A*n*
*n*OS · XXV · DORMIT · IN PAC*e*

Descripsit de Rossi anno 1869.

Supplementa adscripsit de Rossi.